Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

trinitate breuit rerum omnium pretiur auc
torem. et indiuidue uoluntatis eius applicat
quicqd uiclo et interna ineffabili adunis
tatione pagitur. Cum accepero tempus
ego iusticiam iudicabo. Mutato psone fe
cit nobis alteram partem. Sed hinc datur
intelligi. quem admodum asaph primo ue
sii uere religionis regulam comprehendit. ut
tam cito mereretur audiri. Loquitur enim
dominus xpc. Cum accepero tempus dicit
qd factus e homo. sic aut in euangelio. De
dit ei potestatem iudicium facere. quia filius
hominis e. A natura uero dnatus audi quid
dicit. Omia que habet pater mea sunt. et mea
patris sunt. Si et illa natura que accipit. et il
la que dat. unus e dominus xpc. sic dic
apostolus. Et unus domin ihc. per quem
omnia et nos per ipsum. Sequitur. Ego iusti
ciam iudicabo ut conuincta corda mor
talium. ante tempus iudicii in hoc mundo
studiosi percarentur absolui. ne uenientes
in futura illa disceptatione inopinatam
iudicis sententiam sustinerent. Liquefacta
e terra et omnes habitantes eam. ego confir
mabo columpnas eius. Dic dominus ante
aduentum suum terram e genus humanum. quod a illa soliditate uertatis in pec
catorum labe resolutum e. quippe qd de heric
to auctore nefandis idolis seruebat. Sed
quem admodum salutari incarnatione sub
uenerit. terra liquefacta subsequitur. Ego con
firmabo columpnas eius. Columpnas apostolos
dicimus accipe. qui confirmati sunt resurrec
tione. cum in domum passione mutauit.
Ham et ipse eos confirmauit. quando et pe
tro apto dixit. Petre. quiens expetiuit sata
nas. ut cribraret sicut triticum. et ego ro
gauit pro te. ne deficiat fides tua. et tuali
quando ouersus confirma fratres tuos. Et respi
ce uerborum aptissimam contrariietate. Liquefa
cta enim terra confirmata columpne
merito subuenire potuerunt. Columpnis enim
merito apli comparantur. quia terrena mea
in uma deprimunt. et superne uirtutes ad gram
regni celestis extollunt. Dixi iniquis
nolite iniique agere. et delinquentibus
nolite exaltare cornu. Et hoc e qd supius
dixit. ego confirmauit columpnas eius.
Dixit enim prophetas atq; apostolos mo
nita noui et ueteris testamenti. ne sce
lerati male agerent. sed ad dominum a
to se humili satisfactione conuerterent.
Qui reuera medicus. obseruantiam salu
britatis dedit. ne usq; ad morbos noxios
humana infirmitas perueniret. Sequitur.
Et delinquentibus nolite exaltare cornu.
Subaudiendum e et hic quoq; dixi. Sed
pius iniquis ait. ut omnia peccata excude
ret. nunc uenit ad maximum uitium excusa
tionis. qualde laborat humanitas. ut cui
se quis non patitur dicere culpabilem. ad ex
cusandas excusationes in peccatis. pretiosas
quas cumq; sibi causas excogitet. in suo de
licto modo diabolum arguens. modo suaso
ris uerba dilacerans. qui cornu suum ui
detur erigere. quia peccatum proprium p
alios nititur excusare. Qua propter tales ad
ueniam non possunt redire. quia confessi
onis remedia perdiderunt. Nolite extollere
malum cornu uestrum. nolite loqui aduersus
deum iniquitatem. Repetita contestatio fre
quentie magne ultionis ostendit. quia
semper gemitus iudicatur. qd iterata uis
sione percipitur. Ham cum dic. nolite extol
lere malum cornu uestrum. suadet ut blas
phema cogitatione cessetur. quo ille mal